



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XCV. Sancti Hadelini Collegivm Vistense dioecesis Leodiensis ad
Mosam Fluum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

bestijs terræ deuoranda; quæ postea à quibusdam iuxta habitantibus in specu sunt condita. Post multa verò annorum curricula, ob stupendam signorum exhibitionē, clerus & populus eorum corpora quæsiuerunt, eaque in duobus sarcophagis niue candidioribus repererunt. Quod opus Angelorum, vt Sanctoru[m] castitas significaretur, esse it cognouerunt; cùm non essent in regione illa nisi petræ fuligine nigrantes. Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

Est autem Beca populosum Campiniæ municipium, secundo lapide ab Herentalia Brabantia opido situm: in quo loco hodieque sacrum Beatæ Dimpnæ corpus adseruatur à Canonicorum collegio. De ea vide Martyrologium Romanum.

CAPUT XCV.

SANCTI HADELINI COLLEGIVM
Visetense diaœcis Leodiensis ad Mosam
Fluum:

SHadelinus confessor, Aquitaniæ territorio ortus, in tenera ætate semper confortio senū interesse cupiebat. Inde relinquens terram & cognitionem suam, venit Stabuletū ubi magisterio vſus est S. Remacli Epis. Tungensis. Adeoq[ue] fuit sanctitate & miraculorū gloria celebris, vt Eccl. Cellensis fratribus in valle ad Letiā fl. habitantib. multa prædia sint

M 2 collata,

collata, multiq[ue] reditus. Verùm anno 1137.^o
 Canonici verò S. Hadelini, quia à Domino
 Cellensi multum opprimebantur, & in Eccle-
 siæ libertate defraudabantur, clam cum fe-
 retro & sacro corpore Leodium aufugerunt.
 Quare Adulphus Marca Leodieris Episco-
 pus habitu consilio, corpus sanctum cum Ca-
 nonicis misit Vifetum, quod tunc temporis
 ab Episcopo vallabatur nouis muris & turri-
 bus. Est autem ad ripam Mosæ inter Leodiū,
 & Traiectum. Habetque collegium Vifeten-
 se sacerdotalem Abbatem, Canonicum Leodiē-
 sem, cū ex prima fundatione verisimilius pu-
 tent sese Benedictinos fuisse, cùm Cellæ resi-
 derent ad Letiam, sesquimilliari à Dionanto,
 versus Arduennam. Videtur enim locus ille,
 à humili monasterio, Cellæ nomen accepisse.

Ceterùm Cellenses, apud quos in S. Hade-
 lini Ecclesia Præpositura remansit, pingunt
 eum vt eremitam, quia eremiticam vitam a-
 pud ipsos egit eo videlicet in loco, vbi in huc
 vique diem locus sepulturæ eius cernitur, su-
 perexstructa ædicula, quam in memoriam
 eremiticæ eius vitæ anachoreta inhabitat.

Exstat de hoc viro, adhuc in Cella quies-
 cente illustre Nodgeri Leodiensis Episcopi te-
 stimoniū. Scribit enim Remaclū ipsi futuræ
 conuersationis & quietis locum, fonteque hu-
 manis usibus oportunum indicasse. *Quæ res*,
subdit, hodie omnibus minime obscura est, quando
 1680

vide infra
cap. 122.

*in eodem loco corpore quiescit, & spiritu præsens,
innumeræ illic quotidiè credentibus beneficia præsta-
re non cessat.*

C A P V T X C V I .

COLLEGIVM CANONICORVM

Aulae Comitis apud Valentianas.

BAlduinus III, cognométo Magnanimus Hannoniæ ac Valétiarum Comes in ipsa Vrbe Valentiana Palatum insigne exædificauit, quod Aulæ Comitis nomen etiamnum retinet. Quo in Palatio Collegium Canonicorum anno circiter millesimo cœtesimo nonagesimo secundo collocauit diplomate ea de re dato. Ita Iacobus Guisius in Hannoniæ Chronicis libro tertio capite quingentesimo vndecimo,

C A P V T X C V I I .

MONTIS-BRISONIS CANONICORVM

collegium in diœcesi Lugdunensi, in

Gallia.

MOns Brisonus est Vrbs primaria Provinciæ Forensis in regno Galliæ: in qua vrbe Guigo, sive Guido IV. Comes Forensis & Niuernensis insigne Canonicorum Collegium anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio fundauit, ac dotauit. Raynaudo Lugdunensi Archiepiscopo approbante.

Diploma foundationis sic habet: *Guigo Co-*

M 3

mes